

IN LIBRUM QUINTUM

EPI TOMA.

Rainerius Vascbus, Venetarum dux copiarum, paulo post quam in Patavinos moverat, exautoratus est: Veneti parum prospere ad Anaxum amnem in Pannones dimicarunt: Stephanus Transilvanus cum auxiliaribus copiis victus, in Venetorum potestatem venit: Pax Patavino reddita est: Liopoldus Austriae Dux bellum Venetis intulit: Cum barbaris ad Unigum pugnatum est: Castra Feltrum admota: Liopoldi interventu Feltrum est obsidione solutum: Austrini negociatores Venetiis in vincula coniecti sunt: Cum Liopoldo pax facta: Causae quarti belli Ligustici: Tenedi occupatio: Graeci & Genuenses Venetis armis a Tenedo repulsi sunt: Uno ferme tempore cum Lodovico Rege, Aquilejo Antistite, Genuensibus ac Carrariis bellari coeptum est: Genuenses navali praelio ad Ancium victi, plures naves amisere: Veneti frustra Phamagustam in Cypro oppugnare sunt adorti: Victor Pisanus Catharum expugnavit: Ligur Tarentino sinu pugnam detrectavit: Mestra a Patavino oppugnata est: Victor Pisanus Sicum expugnavit: Bis Tragurium oppugnare frustra est adortus: Hyeme laboriose frumentatum, ac magna pars classis inclementia brumae deleta est: Pisanus ad Polam classem amisit, atque ob id in vincula est coniectus: Genuenses praesenti victoria elati, classequae mirum in modum aucta, Clodiam atroci adorti sunt oppugnatione.